



*Auf
R*

Q. D. B. V.

DE

SALVIO IVLIANO,
IVRISCONSVLTORVM SVA AETATE CORYPHAEO,
PROGRAMMA JNAVGVRALE,

Q.V.O

MVNVS DOCENDI IVRISPRVDENTIAM
ET PHILOSOPHIAM,
IN ILLVSTRI FRIDRICIANA
SIBI ITERVM CLEMENTISSIME DEMANDATVM,
MORE MAIORVM
AVSPICATVR

IO. GOTTL. HEINECCIVS IC.
POTENT. PRVSSOR. REG. A CONSIL. SANCT.
ET IVR. AC PHILOS. PROF. P. ORD.

HALAE SALICAE
LITTERIS GRVNERTIANIS CIO IO CC XXXII

6. D. B. A.
DR
SALVIO IAVELLA
LITERA ROMANA ET LATINA
TRICRASSA NAVICARIA
MURAS DECIMIUS ARISTIDES DESENITIA
ET TITIUS DESENITIA
IN LIBERTATI FREDERICO ANTONI
SIBI LITERA CLAVIS MENTIRUM DEMANDATVM
COM. MURGIANA
AVARICIA
10. GOTTER HILDEBRICIA EC
LITERA LIBERTATI SIVE A LIBERTATE SIVE
LITERA CLAVIS MENTIRUM

LITERA CLAVIS
LITERA CLAVIS MENTIRUM



Qum sex abhinc annis Francofurti iuxta Viadrum Antecessoris munus more maiorum auspicarer: publice proponebam programma de R. INVENTIO CELSO, iurisconsulto incomparabili, atque eximio saeculi sui ornamento. Quam operam ego tum, de sparta, quam natus eram, ornanda quam maxime sollicitus, eam praecipue ob causam in me suscipiebam, ut praeclaro tanti viri exemplo me ipsum ad sectandam atque adsequendam veram cordati iurisconsulti laudem magis magisque quotidie excitarem, memor precepti Senecæ: a) *Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic, tamquam illo spectante, viuamus, & omnia, tanquam illo vidente, faciamus.* Neque sane me adhuc consilii istius poenituit, ex quo dissertationculam istam viris doctis, earumque deliciarum intelligentibus, non omnino displicuisse, quin & locupletiorem eius editionem a Belgis flagitatum, non sine volutate quadam intellexi. Quare nunc etiam tenebo institutum, quunque sumnum, quod omnia moderatur, Numen me nihil tale cogitantem, quin tot migrationum iampridem pertesum, retraxerit Halam, ubi iam olim per decennium & ad philosophiam litterasque elegantiores, & ad iurisprudentiam studiosam invenitatem bona fide institui, munus hoc postliminio receptum denuo auspicabor exposita quam breuissime maximi iurisconsulti vita, quæ & mihi exemplo, & vobis, COMMILITONES OPTIMI, incitamento ad virtutem haut mediocri sit futura. Est is SALVIUS IULIANVS,

A 2

Edicti

a) Seneca Epist. XI.

Edicti perpetui, id est, fundi iurisprudentiae totius, conditor celeberrimus, cui hanc operam eō libentius nauamus, quo maius nobis spicilegium relictum animaduertimus a Benardino Rutilio, Io. Bertrando, Guil. Grotio, Guidone Pancirolo, Christ. Adamo Ruperto, aliisque, qui ad scribendam veterum iurisconsultorum historiam animum adpulerunt. Pleraque sane, quae ad viri istius incomparabilis vitam pertinent, incerta illi nobis reddiderunt ac dubia, quum tamen ille non in ea tempora inciderit, quibus

Vixere fortis ante Agamenonam

Multi, sed omnes illacrymabiles

Vrgentur, ignotique longa

Nocte, carent quia vate sacro:

nec loco aliquo obscurio in umbra confuserit, sed seculo felice, Romæ, in maximis dignitatibus celebritateque hominum versatus fit, & vel solis operibus suis memoriam posteritatis meruerit semiperennam.

De ipsa statim IVLIANI patria, (vt ab ea potissimum ordiamur,) adeo inter se disceptant viri docti, vt idem illi accidere videatur, quod olim Homero, cuius de incunabulis celeberrimas Greciæ ciuitates inter se contendisse perhibent. Mediolano eum ciuem primus, ni fallor, vindicauit Bern. Rutilius, b) quem deinde Val. Forsterus c) lo. Bertrandus, d) Guido Pancirolus, e) & hos denique alii proletarii scriptores, vt fieri solet, longo agmine sequuti sunt. Et tamen eius sententiae non alium fundum video, quam locum Spartiani, f) qui Didio Juliano Imp. auum paternum tribuit Insubrem, Mediolanensi, maternum Hadrumetum, Afrum. Auum vero Didii non paternum, sed maternum, SALVIVM IVLIANVM fuisse, ex illo ipso Spartiano didicissent, si mens non leua fuisse. Gente itaque nostra non fuit Insuber, sed Afer: domo non Mediolanensis, sed Hadrumetinus. g) Id quod sane eius

b) Vit. iurisconf. Cap. LXVI. c) Hist. Iur. Cin. Lib. II. Cap. LXXXIII.

d) de Iurisperit I, i. e) de Clar. legum interp. Lib. I. Cap. XXXVIII.

f) in vita Did. Juliani Cap. I.

g) Hadrumetum, vrbs, teste Sallustio de Bell. Iug. Cap. XIX. a Phœnicibus condita

eius laudibus aliquid detrahere videretur, si, quemadmodum vino
a solo, ita ingeniis ab incububilis laus quedam ac commendatio
accederet. Ast bona mens ubique nascitur, ipsaque Africa, quae
olim monstrorum nutrix habebatur, præclara etiam protulit in-
genia, & iurisconsultos egregios h) quorum in numerum & Q.
Septimum Florentem Tertullianum iure meritoque referimus.
De maioribus IVLIANI nostri nihil compertum habemus. Quamuis
enim celeberrima Romæ futerit gens SALVIA, Ferentino oppido ex
principiis Hetruriæ orta, i) non enique tam auspicatum, ut, teste
Pompeio Festo, k) in delectibus militum ac censibus illud primum
boni omniscaus eloquerentur: temerarum tamen videretur, in
tanta familiarium Romanarum confusione, quam turba peregrino-
rum, Romanæ sub imperatoribus confluens, inuixerat, l) IVLIANVM
ex ea gente deriuare. Quid? quod ne ipsos quidem, quos leges
nostræ pasim commemorant, SALVIOS, quamvis eiusdem cum
IVLIANO ætatis, m) multoque minus illos, qui in marmoribus oc-

A 3

cur-

dita, glebam aralat adeo fertilem, &, ut Scylax in Periplo p. 117. vocat
tau. Φορωτην, ut eam centena & quinquagena fruge fecundam esse
testetur Plinius Hist. Nat. XVII, 5. addatque, Procuratorem quemdam Au-
gusto inde misisse ex vno grande quadrangenta paucis minus germina, aliom-
que Neroni CCCCLX stipulas ex vno grano. Quo factum, ut quum vrbs
illa paullatim a pristino flore adeo deficitaret, ut Pomponius Mela Lib. I.
Cap. VII. eam vocet oppidum, ut inter ignobilia; celeberrimam, Traianus illi
nouum splendore redderet, eique nomen daret COLONIAE VLPIAE TRA-
IANAE AVGSTAE FRVGFERAE HADRVMETINAE. Grut. Inscr. p. CCCLXII, 2.

h) Iuuenal. Satyr. VII. v. 148.

Gallia, vel potius NVTRICVLÀ CAVSSIDICORVM,

Africa.

i) Sueton. in Othonem Cap. I. Fulu. Vrsin. de famili. Roman. p. 245. edit. Patini.

k) Fest. in Lacus Lucrinus p. LXXXII. edit. Scalig.

l) De ea gentium ac familiarium Romanarum confusione confundens in primis
vir illustris, Ez. Spanhem. de Vsu & præst. numisfin. Diss. X. Tom. II. p. 4.

m) Tales sunt Saluius, Aquitaniæ legatus, l. 12. ff. de cystod. & exhib. reor. Sal-
uius Carus, Creta proconsul, l. 14. ff. ad SC. Turpill. Saluius Aristo, l. 6. ff. de
legat. præst. Saluius Marcianus, l. 9. §. 4. ff. de pœn. denique Saluius Valens,
l. 7.

currunt, illi agnatos fuisse, dicere ausim, quum ipsa cognomina diuersam eorum originem prodere videantur. Et sane non indiget alienis istis ornamentis IULIANVS noster, qui ita abundabat propriis, ut posteris virtute sua nobilitatem pepererit, multo solidiorem, quam quæ in summis maiorum imaginibus consistit. Quod & Spartanum n) velle arbitror, dum IULIANVM, quamvis bis consulem & praefectum urbi, iuris prudentia magis nobilem factum scribit. Posteritatem enim ille reliquit splendidam, quæque non modo ad praetoriam prætorianam, sed & ad ipsum imperii fastigium, mira fatorum indulgentia, adspiravit, o) stabiliorem procul dubio expertura fortunam, si genitoris sui virtutem prudentiamque sanctius coluisse. Nomen porro ac cognomen IULIANINOSTRI certissima sunt. Vbiique enim veteres eum vocant SALVIVM IULIA-
NV

i. 7. §. 1. ff. de accus. & inscript. Qui omnes sub Hadriano & Antonino Pio
vixerunt, adeoque Salvius Julianus fuerit σύγχρονος.

n) Spartan. in Did. Julian. Cap. I.

o) Ex loco Spartanii sequens IULIANORVM stemma exsculpit Isaacus Casaubon.
in Not. ad Hist. Aug. p. 110.

DIDIVS SEVERVS, Mediolan.

DIDIVS SEVERVS.

PETRONIVS DIDIVS SEVERVS.

DIDIVS PROCVLS.

P. DIDIVS IULIANVS
SEVERVS AVG.

VXOR MANLIA SCAN-
TILLA, AVG.

DIDIA CLARA, AVG.
Inupta Cornelio Repentino,
Praefecto urbi

Enimvero istud Casauboni stemma veterum lapidum auxilio emendavit
Thom. Reinefius Var. Lect. III, 2. p. 34. a quo istud accepit Chr. Adam. Ru-
pertus ediditque ad Pompon. Enchirid. p. 473. Id vero tale est:

SALVIVS

SALVIVS IULIANVS,
auctor editi perpetui
sub Hadriano, Hadrumetinus Afer.

SALVIVS IULIANVS.

AEMILIA CLARA. SALVIVS IULIANVS.

NUMIUS
ALBINVS.

NVM, non SEVERVM, quod ei cognomen post Rutilium & Ber-
tran-

SALVIVS IULIANVS e colonia Hadrum Afer. Forsterus ma-
le Mediolano ortum dicens, confundit hunc cum pro-
nepote eius, Didio Juliano Aug. Fuit bis consul, Praef.
verbi & IC. Spart. auctor edicti perpetui. *Europ.* im-
perantibus Hadriano, Pio & DD. Fratribus clarus. Riwall.

DIDIVS SEVERVS,
Insüber Mediolanensis.

FILIA.

C. VIBIVS
IVENTIVS
Cof. anno
V. C. 886.

DIDIVS SEVERVS

SALVIVS IULIANVS VIRIA SALVIA VARA.
auunculus Didii Saluui Inscr. p. 459. 2. Cla-
Juliani, Aug. Spart. Prae- ra Aemilia iuxta
fectus præt. Dio. Exer- Spart. fallo.
citibus præfuisse scribi-
tur. Lamprid. Occibus NVMIVS ALBINVS. NVMIA DIDIVSTRO. P. DIDIVS SALVIVS
a Commodo. Dio. & Spart. & Inscr. VARA CVLVS. IULIANVS SEVERVS
Lamprid. Hunc cum Cons. anno V. C. Spartan. Aug. nat. anno V.
Saluio Juliano IC. con. 939. Grut. p. 175, 8 E. Roscius C. 890.
fundit Forsterus.

PETRONIVS DIDIVS

SEVERVS.

FILIVS, quius padicitiam
tentauit Commodus.

IULIANUS Vxor MANLIA

Præculus. SCANTILLA

Inscr. DIDIA VARA Aug.
Filius, cui a Didio Spartanæ Didia Clau-
Juliano filia despon- ra, nupta Cornelio
fa. Spartan. Repentino, Praef.
Vrbi.

Sed multa & hic parvum accurate scripta animaduerti. Nam primo DIDIVS IULIA-
NVS non tulit prænomen Publji, sed Marci, quod seruans numismata apud Vail-
lant. Num. Imp. præst. Tomo I. p. 106. & Tomo II. p. 206. Patin. Num. Imp.
p. 218. Deinde falsum est, Didii Juliani filiali dictam DIDIAM VARAM. Apud
eundem enim Vaillantium Tomo I. p. 108. & Tomo II. p. 209. diserte vocatur
DIDIA CLARA AVG. Tertio quamvis ex marniore Gruteriano p. CCCCLIX, 2, recte Reine-
nefius eruat Didii Juliani sororem, NVMIAM VARAM, fratresque L. ROSCIUM IULIA-
NVM PROCVLVM & NVMIVM ALBINVM: omisit tamen Roscius illius posteros, quo-
rum meminit lapis apud Grut. p. XVIII, 10. positus quippe teste Fabretto Inscr.
Cap. X. p. 695. IULIANO II & CRISPO coss. id est anno V. C. DCCCLXXVI. Quar-
zo hos omnes fratres & sorores pro germanis habuit Reinefius, quoniam vel no-
mina diuersissima argumento sunt; eos tantum veterinos sive, alioque patre

vlos

vlos esse Numium Albinum & Numiam Varam, alio Didium Proculum, qui per adoptionem in Rosiorum familiam transierat, & M. Didium Iulianum Aug. Ex quo sane consequitur, ut **VIBIA** illa **VARA** primum in **NVMI** cuiusdam, deinde in **DIDII SEVERI** torum concesserit. **Quin & DIDIVM SEVERVM** duas duxisse vxores oportet, & ex altera **AEMILIA CLARA**, cuius meminit Spartanus, Didium Iulianum, ex altera **VIBIA SALVIA** vara Didium Proculum sustulisse. **Quinto** & in eo manifesto Reinesium ratio fugit, quod Vibiam Salviam Varam filiam putat c. **INVENTI VARI** Cos. quum in marmore illa diserte non C. sed L. F. vocetur. Nec potuit illa Salvia Iuliani, Praefecti prætorio, foror esse, quum Spartanus Didium Iulianum non per Vibiam Salviam Varam, sed per Aemilium Claram a Saliuo Iuliano descendisse, scribat. **Denique** minime omnium adparet, qua fretus auctoritate Reinesius **SALVIUM IULIANVM**, Praef. prætorio, non iuris consulti filium, sed ex filia nepotem fuisse tradat, quum vel nomina argumento sint, eum patrem non Vibium Iuuentium Varum, sed Salviu[m] aliquem Iulianum habuisse. Quae quum ita sint, ipse olim strenua hoc **IULIANORVM**, multo accuratius pleniusque Reinesiano, concinnapi:

SALVIUS IULIANVS sc. Cos. & Praef. vrbi,
DIDIUS SEVERVS Edicti perpetui conditor.
Insulæ Medioli.

L. VIBIVS VA-
RVS DIDIUS SE-
VERVS M. SALVIUS IULIANVS, Dionis male Σερβος,
Cos. anno V. C. 927. Praef. præt. occidit
a Commodo circa annum V. C. 941.

NVMI VIBIA SALVIA PETRONIVS DIDIUS AEMILIA CLARA
VS VARA, de qua ||| SALVIUS IULIANVS
Grut. p. 459, 2. ||| NVS cuius pu-
dicitia infida-
tus est Com-
modus, cuicue
desponsata fu-
erat Tarunteii
Paterni IC. &
Praef. præt. fi-

NVMI ALBINVS, bis PROCY-
BINVS Cos. VARA LVS ob adoptio-
anno V. C. nem ROSCVS.
Grut. p. 459, 2. M. DIDIUS SALVIUS IULIA-
NVS SEVERVS AVG. natus anno V. C. 890. ad impe-
rium evectus & occidit anno V. C. 945.

M. NVMIUS ALBINVS, bis PROCY-
BINVS Cos. anno V. C. 998. & LVS RO-
1015. Praef. Vrb. 1009. SCVLPIV-
LLANVS, apud marmor
NVMIUS SECUNDVS. Rei- de quo Grut.
nes. Inscr. VI, 132. Grut. p. p. 18, 2.
18, 10. FILII, de
FILII, de quibus
quibus idem
idem marmor.
marmor.

BASSA de qua
de qua
marmor
de quo Grut.
Grut. p. p. 18, 2.
FILII, de
FILII, de quibus
quibus idem
idem marmor.
marmor.

DIDIA CLARA AVG.
definita Didii Proculi filia, nupta Cornelio Re-
pentino, Praef. vrbi.

tran-

trandum perperam tribuit Ianus Vincentius Grauina, p) Didii Juliani cognomine procul dubio deceptus. Prænomen nusquam, quod meminerim, memoratur, quia illud iis temporibus, ceu iam lac. Perizonius q) obseruauit, plerumque negligebatur. MARCVM tamen illum, dubium cuius fide, vocat Rupertus. r) Aetatem contra, qua floruit, ignorare nos non patientur tot veterum testimonia, ipsaque IVLIANI, quæ supersunt, fragmenta. Ut tamen certiora, quoad eius fieri posit, conseruemur: temporum rationes ita inimus. Edicatum perpetuum, teste Eusebio, s) edidit IVLIANVS anno eræ Dionysiacæ CXXXII. quo anno eum prætura functum esse, vel idea probabile est, quod alioquin vix villa reddi possit ratio, cur in tanto iurisconsultorum numero IVLIANO potissimum id negotii dare voluerit Hadrianus Imp. Iam cum Præturæ annum legitimum inde ab Augusti temporibus ætatis trigesimum fuisse, t) legemque illam annariam sub Hadriano adhuc religiose obseruatam, u) constet: IVLIANVM, tunc annorum circiter triginta, natum. esse oportebit circa annum eræ Dionysice CII. Inclarescere tamen præcipue coepit sub Hadriano, etiamque non modo ad Antonini Pi, sed & Marci & Lucii, Imperatorum, quos Diuos Fratres vulgo adpellant, imperium

B

pro-

p) de Ortu & progr. iur. ciu. §. LXXXII.

q) Perizon. Ananadu. Hist. Cap. III.

r) ad Pompon. Enchirid. p. 470. sequutus fortassis Onuphrium Panuinium, quem tamen in condensis fatis multa sibi indulsiſſe, iam pridem conqueti sunt viri docti, & in his Thom. Reinef. ad Inſcr. p. 28. Si genuinum est hoc Juliani prænomen: ad eum referre licebit lapidem apud Vignol. in Adpend. Comment. de Columna Antonini Pi p. 341.

M. SALVIO. M. L. SEC VND O.

NVMMLARIO. DE CIRCO.

FLAMINIO.

SALVIA. M. L. PHÆDIME PATRONO.

B. M. SVISQVE.

Fuerit itaque M. Saluius Secundus Juliani nostri libertus, ex iis fortassis, quos in prætura sua manuiferat. l. 5. ff. de manum. vind.

s) Euseb. in Chron. n. MMCLXVII.

t) Dio Caiſſ. Lib. LII. p. 479.

u) Plin. Lib. VII. Epift. XVI.

produxit, quippe **AMICVS** ab iis vocatus: l. 17. ff. de iure patron. x) vt adco **IVLIANVM**, si vel primos illorum principum annos attigerit, ad iustam senectutem LXIII annorum peruenisse, intelligamus. y) Dum genua virabant, ingenium elegantiorum artium studiis ad maiora quam diligentissime preparabat, idque ipsa eius fragmenta satis demonstrant. z) Græcarum certe litterarum imperitum illum haut fuisse, vel ex eo patet, quod legit Aristotelem, a) & aliquando etiam Græcis quibusdam vocabulis usus est, b) quamvis religioni sibi duxerit, Græca Latinis sine necessitate immiscere. Est etiam, vbi Græcismum redolet **IVLIANI** oratio, ut facile adpareat, eum non

x) Superstititem Iulianum usus Antonino Pio, etiam ex eo intelligitur, quod Caium iurisconsultum laudat l. 59. ff. solut. marim. quem, mortuo iam Pio, libros plerosque scripsisse, eruditus demonstravit V. C. Franc. Car. Cornradi in Act. Erud. Lips. anni MDCCXXVII mense Februario. Sed multo clarius id probatur ex l. 17. ff. de iure parron. in qua Diui fratres cum vocant **AMICVM SVVM**. Nam eo nomine veniebant non mortui, sed viri consulares & iurisprudentes, quos in consilio & comitatu habebant Principes, qualis erat ille C. Sennius Seucus, de quo vetus marmor apud Salmas. ad Hist. Aug.

C. SENTIO.

SEVERO.

QVADRATO.

C. V. COS.

AMICO. ET. COMITI. AVG. N.

y) Multo maiorem illi atatem tribuunt Rutilius Cap. LXVI. Io. Bertrandus Lib. I. Cap. I. Em. Merill. Obs. III. 19. & Aegid. Menag. Amoenit. Iur. Ciui. Cap. XXIV. p. 129. sed decepti male intellecta l. 20. ff. de fideic. libert. vbi ad Julianum referunt hæc verba: *Nam ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem in ostantum & sepiusq; solum auctoritas duxi, memori sum eius sententia, qui discesserunt: καὶ τὸν ἔτεγον πόδα ἐν τῷ στρῶ ἔχω, προστράθεν τι βέβαιον.* Et si alterum pedem in tumulo haberem: non pigeret aliquid addiscere. Enimvero non Juliani esse hæc verba, sed eius, qui Pomponium tam consulebat, tam certum est, quam quod certissimum, idque pridem vidit Ant. Augustinus Emendat. I. 8.

z) Nescio igitur, cur eum sera demum atate litteras attrigisse putet Em. Merill. Obs. III. 19. Nam si vel maxime verba illa ex l. 20. ff. de fideic. libert. ad Iulianum pertinere credas: ex iis tamen non consequitur, ut sero demum animum ad litteras adiecerit.

a) l. 36. ff. de solut.

b) l. 13. ff. de solut. l. 8. ff. de suis & legit her. l. 65. ff. de reg. iur. l. 5. §. 7. ff. de ad- min. & peric. tur.

non ignorasse Graecæ orationis veneres, sed eas per quam scite in Latium transtulisse. c) Sic & Latina Iuliani dictio non modo pura est, sed & terfa aliquid, ubique vero castigata, nusquam abrupta aut turgida, quanvis eo dicendi genere istis temporibus magnopere delectarentur. Atque inde est, quod nec Laur. Valla, nec reliqui Latinitatis veterum ICTorum censores emisitiis illis oculis suis quidquam in IULIANI fragmentis repererint, quod iure eorum incurreret reprehensionem. d) Superfunt quoque in IULIANI fragmentis quedam recondita antiquitatis vestigia, veluti quod se & in praetura, & in consulatu suo, seruos quosdam vindicta liberasse, & Praetoribus quibusdam, se se consulentibus, idem suasisse, referunt. e) Quo ipso ritum antiquissimum atque elegantem non modo perspectum sibi fuisse ostendit, verum etiam eundem in v-

B 2

sum,

c) Talem quid reprehendimus in l. 3. ff. de dote preleg. vbi Iulianus: *Qui inquit, si alegat uxori suæ, MANIFESTVS est, dotem quoque releggasse.* Græcisimus vero hic & aliis in deliciis fuit, & non modo bis reperitur apud Vlpianum l. 22. §. 8. ff. fol. marr. sed & sapius apud autores reliquos. Tacit. Annal. II. 57. *Atrox & diffidente MANIFESTVS.* Author Dialogi de causâ corrupt. eloqui. Cap. XVI.

Ipsæ sunt MANIFESTVS iam dudum in concurvitu accipi.

d) Evidenter nonnulla suo more reprehendunt, sed quae facile optimorum scriptorum autoritatem tueantur. Sic, g. illi non ferunt, quod in l. 6. §. 6. ff. de negot. gest. dixerit CONTEMPLATIONE EIVS: sed id tamen ferunt in Iustino Hisp. VII. 5. VIII. 3. & Quintiliano Declam. III. & V. que loca iam Car. Andr. Ducker. de Latinit. vet. ICTor. p. 319. adduxit. Deinde reprehendunt Julianum, quod ENIM sine vilo proposito posuerit l. 17. ff. quib. mod. ususfr. vel us. am. Sed eodena modo illam coniunctionem propositisse Ciceronem, Plautum, Terentium, Lucretium, ostenderunt Hub. Giphian. in Indice Lucret. Taubm. ad Plauti Epidic. V. 2. v. 35. & Io. Fr. Gronou ad Lii. XXXIV. 2. Præterea Julianum nullum scripsisse NIHIL OMNIS PRO NIHIL OMAGIS. At ea loquutione veteres in primis delectatos esse, duasque abutivas aliquando & apud Latinos fortius negare, iam iam obseruarunt Priscian. Lib. XVIII. p. 1196. Non. Marcell. Cap. XII. n. 46. & 54. Cuiac. ad l. 7. ff. pro ent. Iac. Gothofred. ad Cod. Theodos. Tom. IV. p. 522. Inuiriā porro Juliani faciunt, dum ipsi exprobrant, quod GENITIVUS posuerit pro gigantur. l. 13. §. vlt. ff. de reb. dub. Neque enim ipse eo verbo usus est, sed teftator quidam, cuius de supremo iudicio ibi disputationatur. Deinde non sermonis vitium, sed loquutio forensis est phrasis ADFLIGERE CUI PRETIVIA pro condamnare quem ad pretium restituendum, l. 30. ff. de negot. gest. Eodem enim sensu veteres dixerunt: *inflicere cui usuras*, pro condemnare in usuras. l. 3. §. 4. ff. vbi pupill. educ. l. 11. pr. l. 17. §. 3. ff. de indic. e) l. 5. ff. de manu miss. vind.

sum, præceptoris sui exemplo, reuocauit. f) Præcipuam tamen operam IVLIANVS, adhuc iuuenis, nauauerat philosophia, cuius a præsidis deſtitutus nemo temere veri iurisconsulti laudem tuerit. Hinc artis diſerendi argumentum hanc leue dedit, dum SORITEN, familiarissimum veteribus philosophis cauillandi genus, multo accuratius, quam aut Cicero, g) aut Diogenes Laertius, h) definiuit, prudenterque cauere docuit illos interrogatiuncularum laqueos. i) Ex eadem arte sunt tot interpretandi regulæ, locique argumentorum, quibus adeo dextre vtitur IVLIANVS, vt nesciam, an quisquam veterum decisiones suas rationibus æque solidis firmarit. k) Phylicam quoque eius obſeruationem de quinque infantibus vno parto fusis, & totidem vteri receptaculis, habemus ſuperftitem, quam tamen rerum naturalium peritioribus diuidandam merito relinquimus. l) In primis vero ſeu eriore illa morum

f) Ex quo primus Consul, Iunius Brutus, Vindictum feruum, coniurationis indicem, vindicta manumiferat: inoleuerat mos, vt Coss. & prætores magistratum in eius rei memoriam a manumissionibus aufpicearentur. Quem ritum primus ex instituto explicauit Petr. Faber de orig. iur. p. 193. & Semeltr. II, 20. p. 296. seq.

g) Acad. Quaest. IV, 16. h) Laert. VII, 82.

i) l. 65. ff. de reg. iur.

k) Sic argumenta ducit modo a pari: l. 32. §. 1. ff. de Legib. l. 49. §. 2. ff. de recep. arbitr. l. 6. ff. quib. mod. uſuſr. vel ſ. amitt. modo a contrario, vt l. 32. §. 1. ff. de legib. l. 25. ff. de ſeru. præd. ruf. modo a genere ad ſpeciem, l. 26. ff. de ſeru. hom. modo ab antecedente, l. 27. ff. de adop. & emanc. modo ab effectu, l. 25. l. 27. l. 74. §. 2. l. 75. ff. de iudic. modo a toto ad partem, l. 34. §. vlt. ff. de ſuſr. modo a maiore ad minus, l. 3. ff. ſuſr. per. l. 19. ff. de reb. cred. modo a definitione, vt in l. 42. ff. ad L. Aquill. modo ab absurdō, vt in l. 51. ff. cod.

l) Est ea in l. 36. ff. de ſolus. vbi auſtoritate Aristotelis probat, plures quinque vno parta naſci non posse, quia non niſi quinque ſint vulvæ muliebris receptacula. At locus ille Aristotelis hodie non exiftat. Immo, quod mireris, ſententiam iftam non obſcure ipſe refellit Lib. IV. de Generat. anim. Cap. IV. eamque ἀδὲν ἔιναι, nibiliſ effe, fatetur. Quare aut perperam hæc Aristotelii a Juliano tribui, fatendum eſt, quod vix videtur verofimile: aut dicendum, philofophum ſibi parum conſtituisse. Ceterum quæ ibi de muliere Alexandrina, quinque vno puerperio enixa, refert Julianus, ea confirmant Lælius apud Pauluum, l. 3. ff. ſi pars ber. per. Caius, l. 7. ff. de reb. dub. Phlegon de Mirabil. Cap. XXIX. Iul. Capit. in Anton. Pio Cap. IX. quibuscum iungendi Rigalt. ad Tertull. de Anima Cap. XVII. p. 81. & Fabrott. Exerc. II.

rum doctrina vastum ingenium non modo adspersit, sed & penitus
imbuit, sectatus præcipue Stoicos, quorum decreta plerique ve-
terum iurisconsultorum iam dudum adoptauerant. b) Quamuis
enim Sabinianis Academiam magis, quam porticum, cura fuisse
existimet vir doctissimus, Em. Merilius: m) vana tamen est illa
viri docti obseratio, & cum ab aliis, tum a V. C. Gotfrido Matco-
uio, n) recte profligata. Fungum enim esse oporteret, qui in IULIA-
NI fragmentis non ubique deprehenderet scintillas quasdam fa-
pientia Stoicæ. Pasim ille verborum proprietatem ex origine eo-
rum, stoicorum exemplo, eruit. o) Pasim decisionibus suis in-
textit generales iuri's regulas, ipsum imitatus Zenonem, quem vel
ideo maximi faciebant veteres, quod pleraque regulis atque axio-
matibus breuissimis complecteretur. p) Pasim decisiones suas ex
media stoia depromit. q) Neque tamen sectatur omnes eius philo-
losophiae subtilitates, a quibus ipsi cordatores stoici abhorrebant,
r) sed maiorem semper rationem habebat æquitatis, eamque ipse in
omnibus eiusmodi nugis longissime anteponebat. s) Talem se in
philosophia præstabat IULIANVS. Quemadmodum vero, qui pru-
denter peregrinantur, nunquam ita capiuntur exteris regionibus,

B. 3.

vt

m) Obs. I, 20 & IV, 40. n) de Seſt. ICtor. Cap. VI, §. IV.

o) Ita cum cura inquirit in notionem verbi OCCIDERE, l. 51. ff. ad L. Aquill. ea-
demque cura explicat, quid sit NOXA, l. 200 ff. de verb. sign. quid FILIVS &
FILIVSFAMILIAS l. 201. ff. eod. quid DOLIA VINARIA, SERIAE, AMPHORAE. l. 206. ff.
eod. quid denique MOREVS SONTICVS, l. 60. ff. de re iudic. Quod postremum
vocabulum ipse, iudice Aeg. Menagio, Amen. Iur. Cap. XXXIX multo accu-
ratius explicavit, quam aut Cæcilius apud Gell. Noct. Att. XX, 1. aut Venule-
ius in l. vlt. ff. de edito Adelir.

p) Arrian. Diff. Epist. I, 29. Tales regulas & Iulianus immiscet decisionibus
suis, veluti l. 15. ff. de legib. l. 26. ff. de statu hom. l. 76. ff. de precar.

q) Exemplum est in l. 61. ff. de revind. Quam decisionem nemo intellexerit,
nisi qui norit, inter Stoicorum decreta fuisse, quod omnia fluant, & in ad-
fidua adiunctione ac diminutione sint. Sen. Epist. LVIII, Marc. Antonin.
eis εαυτοις. II, 17. V, 33.

r) Seneca Epist. XLV. XLVIII. seq. Arrian. Diff. Epist. II, 19. Marc. Antonin. I, 17.

s) Pertinet huc, quæ de seruo ab uno vulnerato, & ab altero postea occiso, con-
tra subtilem iuri's rationem disputat: l. 51. ff. ad L. Aquill. nec non, quæ de
pecunia eum in finem donata, vt donatori credatur, differit: l. 20. ff. de reb.
dub. ac denique, quæ de aſſe hereditario distribuendo monet. l. 13. pr. ff. de lib.
& postumis her. inſt.

ut non subinde ad patriam reflectant oculos, & ad eam omnia, quæ peregre obseruarunt, referant: ita non alio consilio per amoeniora illa studia diuagabatur IULIANVS, quam ut inde locupletiorema redderet iurisprudentiam, quam sibi ad maiora nitenti decus ac robur futuram, prudenter augurabatur. Hinc nulla est pars illius sapientiae ciuilis, in qua ille non id, quod sumnum videretur, fuerit consequutus. Iurisprudentiae certe illius ~~vocabulariis~~ nullum certius proferre licebit argumentum, quam edictum perpetuum, t) quod se adeo probavit posteris, vt nulla Romanorum lex, nullum SC. nulla Principis constitutio tam constanti ac perpetuo vsu viguerit, ac opusculum illud Juliani, specimen iurisprudentiae legislatoriae præstantissimum, ob quod solum IUSTINIANVS u) illum ~~et vocabulariis~~ è dono pignoriu*m* et ~~σοφώτατον~~, omnium iuris conditorum, qui olim celebritatem consequuntur sunt, prudenterissimum vocare non dubitauit. Nec minor IULIANI prudentia in consulendo cauendoque eluxit, digni ideo habiti, qui non modo a Senatu, ut Spartanus x) refert, probaretur, & vna cum iurisconsultis eorum temporum præstantissimis locum in sanctiore Hadriani Imp. ac succellorum consilio obtineret, sed & a magistratibus y) æque ac priuatim, tamquam ciuitatis oraculum, consulerebatur, iisque de iure responderet, idque tam solide, vt, quum innumeris locis eius decisiones in iure

t) Immo & editum de CONIVGENDIS CVM EMANCIPATO LIBERIS EIVS, cuius ipsius quoque auctor atque inuentor est IULIANVS. l.3. ff. de coniung. cum emanc. lib. Nimirum vetere iure ad successione non vocabatur emancipati. Quoniam vero deinde iis bonorum possessionem daret prator: id euenerebat, vt vel filius impedimento efficeret nepoti, in potestate aut regento, vel hic, tanquam suus, illum secluderet. Quod ne eueneret, primus hoc editio suo cauit Julianus. Eudem IULIANO interdictum SALVIANVM acceptum ferunt Cuiac in Paratitl. Digest. Lib. XLIII. tit. vlt. & Ant. Augustin. de Nom. prop. Pand. Cap. IV. p. 331. At in dubium id vocarent Bachou, ad Treutl. Vol. II. Disp. XXV. thes. II. litt. D. & de Pignorib. III. 20. Hub. Giphian. in Comm. ad §. 3. Inst. de interd. ac nouis eam in rem argumentis vsus vir amplissimus, mihiique amicissimus, Corn. van Bykersh. Obs. I. 24. quibus tamen satisfacere conatus est clarissimus Wæchtlerus in Act. Erud. Lips. MDCCXVII. p. 264. Rem, vtpote incertam, nos quædem in medio relinquisimus.

u) Conf. Tanta §. 18.

x) Spartan. in vit. Hadr. Cap. XVIII.

y) l.5. ff. de manumiss. vind.

iure nostro laudentur, vix unus aut alter reperiatur, qui eas erroris coarguere ausus sit. z) Denique dubitari non potest, quin & prudentiae, quam *discretione* vocant, specimina quam plurima dederit, qui & maiores magistratus gesit, & eodem teste Spartiano, principi ipsi, causas cognoscenti, adsedit, & operibus suis passim intexit praecepta quedam eius generis utilissima. a) Ceterum incredibili illa, quam sibi tot vigiliis pepererat, doctrina, gloriam tam solidam reperit, ut omnium confessione veluti iurisconsultorum familiam ducere videretur, & vix ab illo adpellaretur sine laude ac praefatione honoris. In ipso certe iure nostro modo ob honores, quibus functus est, *apertus*, b) modo *vir sapientissimus*, c) modo *summus auctor iuris scientie*, d) modo *subtilissimus testis*, summe auctoritaris homo. E) edicti perpetui ordinator, e) modo *vir magnae existimationis* & *disertissimus iurisperitus* f) adpellatur, vt alia, que in eum conferuntur, veterum elogia iam praeterritamus.

z) Hinc capitulo legas: RECTE IULIANVS PVTAVIT, l. 94. ff. de legat. 2. RECEPTA EST IULIANI SENTENTIA, l. 29. §. 16. ff. de lib. & postum. HOC, QVOD SENTIMVS, ET IULIANVS PROBAT, l. 62. §. 1. ff. de rei vind. l. 3. ff. de exc. rei iudic. l. 48. §. 1. ff. de *pupil. subst.* MERITO IULIANVS RESPONDIT, l. 19. ff. de vi & vi arm. RE vulg. & pupill. subst. ET IULIANVS EXCITAT, l. 21. §. 9. ff. de recept. ET EGO DIDICI, ET IULIANI EXCITAT, l. 5. ff. de oper. seru. VERUM EST, QVOD IULIANO PLACET, l. 28. ff. de pact. EST VERIUS, QVOD IULIANVS SCRIPSTIT, l. 6. pr. ff. de iur. IULIANI SENTENTIA HUMANIOR EST, l. 23. §. 8. ff. de Aedilit. edict. SECUNDVM IULIANVM SAEPIS EST CONSTITUTEVNM, l. 3. §. 1. ff. ad SC. Maced. & huius generis alia. Rarissime ab eo difficiunt Vlpianus, Paulinus, Macrianus, & quoties id faciunt, Iuliani dicta explicant potius, adhibitaque distinctione iuvant, quam reprehendunt. Acer- rimus Iuliani censor est VLPPIUS MARCELLVS, quem lecte studium in transuersum egit. Contra eius definitiones plerunque constitutionibus suis firmarunt Principes, eiusque rei varia existant exempla in l. 3. §. 1. ff. ad SC. Maced. §. 5. Inst. de subp. rut. §. 8. Inst. de nupt. §. 2. Inst. de aedific. lib. §. 2. Inst. de obl. que quasi ex del. l. 24. C. de negot. gesit. l. 15. C. de cibis l. 10. C. de condit. indeb. Nou. LXXXVII, princ.

a) Veluti l. 8. ff. de offic. pr. c. l. 32. ff. de legibus l. 21. ff. de reb. credit.

b) Conf. Dedit nobis Deus §. 18. de conf. Dig.

c) Nou. LXXIV. pr.

d) l. 15. C. de cibis. & habet.

e) l. 10. C. de conduct. indeb.

f) l. 5. C. de bon. que lib.

mus. g) Si quæras, quo potissimum auctore ad tam inusitatam doctrinam peruerterit: ipse te hoc ignorare non patitur IULIANS, qui PRISCVM IAVOLENV M præceptorem suum grato animo collaudat, etiam vbi id monere minus necessarium videbatur. h) Erat vero Iauolenus ille vir maximæ auctoritatis, & non modo summis in vrbe honoribus functus, sed & Africæ aliquando Procos aliarumque prouinciarum preses, &, quod caput rei est, juris illa ætate prudentissimus. Et tamen sunt, qui parum honorifice sentiunt de viro illo doctissimo, fretri testimonio Plinii, i) qui Iauolenum dubie sanitatis hominem vocare non dubitarit. Verum huic iudicio iure merito que opponimus non modo egregia eius opera,

g) Alciat. Dispunct. II, 27. & Io. Bertrand. de Iurisp. I, 1. ad Iulianum referunt epigramma Theateti in Antholog. Grac. IV, 1, 2.

Τέτον ιελιανὸν, νομικῆς Φάσος, ἐπον ιδύσται
Γάρην καὶ Βερόν πάντα Φύσις δύνεται.

Sed id quidem epigramma ad aliun plane Julianum, multo iuniorem & Anteceßorem Beryensem, Nouellarum Iustiniani intepretem doctissimum, pertinere, post P. Pithœum, Guil. Grotium, & Fabrottum obseruauit Aegid. Menag. Amoen. Iur. Ciu. Cap. XXIV. Et quid Julianus nostro cum Beroe vel Beryto, ubi tertio vel quarto denum seculo schola iuridica efforescere coepit? Vid. Io. Strauch. de Beryto Cap. IV, §. XV. h) l. 5. ff. de manum. vind.

i) Plin. Epist. VI, 15. refert, Passienum Paullum, elegos recitatum, adhibuisse etiam Priscum Iauolenum. Hunc vero honoris causa interrogatum: PRISCE IVBES? respondit: EGO VERO NON IVBEO. Male id habuit Plinium, qui ideo in Iauolenum inuestus: Cogita, inquit, qui risis hominum? qui ioci? Eſt omnino Priscus dubie sanitatis. Interēſt tamen officiis, adhibetur confilis, atque etiam ius ciuile publice responderet quo magis, quod tum fecit, & ridiculum, & notabile fuit. Ob id parum abeſt, quin bonum Iauolenum pro insano traducant. Ast quid, quæſo, stoliditas inest illi Iauoleni dico? Et quid mirum, si senex occupatissimus, pertusus amoletissimi iſtius officii, recitationes frigidissimas audiendi, Passieni infaniam senili dicacitate perfrinxerit, quam non minore libertate multo ante perfrinxerat Iuuenal. Sat. I. v. 2. sequ. & Sat. III. v. 8? Et fingamus denique, Iaueleno, iam annis graui, accidisse, quod illi apud Sophoc. Oedip. v. 924.

Καὶ σ' ὁ πληθύνων χρόνος
Γέροντι ὄμοδος τιθησι καὶ τὰ τε τὰ κενόν.
Et te ingraueſens aetas
Senem simul fecit, & mente dearrantem.

an indeſequitur, vt ſemper emotæ mentis dubiæque sanitatis fuerit?

opera, ex quibus fragmenta quam plurima in Digesta migrarunt, sed & tot via ac spirantia doctrinæ monumenta, auditores nimirum, quos reliquit, doctissimos, inter quos præter IVLIANVM etiam A-burnium Valentem & Tuscanum numerat Pomponius. k) Quem admodum vero fax semel accensa, non modo longe lateque spargit lumen, sed & flammanum cum aliis sine aliquo detimento communicat: ita institutus a Iauoleno IVLIANVS multis aliis ad solidiorum doctrinam profuit, discipulosque reliquit doctissimos, quorum in numero in primis L. VOLVSIUM MAECIANVM, SEX. AFRICANVM & TERENTIUS CLEMENTEM suisse suspicamus. l) Ex quibus omnibus & de secula, in quam procluor fuerit IVLIANVS, facile iudicare licet. Non enim Proculianus fuit, ceu supicatus est Hugo Donellus: m) sed Sabinianus, n) tam modesti tamen ac generosi ingenii, vt nec omnia Proculi reprehenderet, nec Sabini omnia pro miscue haberet pro oraculis, sed prudente usus εὐλογῆ veritatem omni seculæ studio anteferret. o) Quamobrem tantum abest,

C

v

k) l. 2. s. vlt. ff. de orig. iur.

l) L. Volvius Macianus & paulo iunior fuit, quippe M. Antonini Imp. præceptor, teste Julio Capitol in vita Marci Antonini Imp. Cap. III. (vnde apud M. Antonium eis èat) Lib. I. segm. 6. p. 10 Maecianus legendum esse Macianus, recte obseruarunt Gatakerus & Aegid. Menag. Amen. Jur. ciu. Cap. V. p. 31.) & Julianum aliqui otios vocat SVM. Quod quanvis aliquando amicitia sit argumentum: Icti tamen ita vocare solebant præceptores, a quibus profce- rant. Vid. V. C. Eu. Otto in Papiniano Cap. XI. §. 1. p. 209. Eodem honoris voca- bulo cum dignatur Terentius Clemens l. 6. ff. de vulg. & pup. fidet, quem ac- que ac Africatum fere nunquam a Juliano discentire, iam alii viri docti obser- uarunt. m) Comment. in l. 26. ff. de verb. signif. n. 10. sequ

n) Hinc in veterum placitis Sabini exemplo, plerumque subfistit, l. 51. s. l. ff. ad L. Aquill. l. 51. ff. de vulg. & pupill. fidet adeo, vt ne in rationes quidem iuris inquirendum putet. l. 20. ff. de legib. id quod Sabinianorum proprium fuisse, iam pridem docuit Em. Merilius. Obf. I. 4. Deinde plerumque adfipulatur eius schola iuri consultis, veluti Sabino, & Cassio: l. II. §. 3. ff. de donar. l. 3. §. 6. ff. de lib. & postum. l. 1. §. 5. ff. de adquir. vel amitt. possess. l. 30. ff. de liberal. cauſſ. l. 28. §. 1. ff. de inventr. l. 14. §. 2. ff. de act. cont. Contra Proculianos non modo passim refellit, & præcipue quidem Iuentum Celsum, Cuiac. Obf. VIII. 35. & XXVII. 13. sed & corum placitis aliquando derogauit ed eto perpetuo. l. 1. §. 1. ff. de iure ffc. Atque inde est, quod aduersarii in vbique expertus est Vi- plium Marcellum, Proculianorum acerrimum: Merill. Obf. I. 28. VIII. 18. adeo, vt pro insigni veritatis argumento habereur, si Marcello cum Juliano conueniret. Cuiac. Obf. XIV. 35. Menag. Amen. Jur. Cap. XXIV. p. 133.

o) Aliquando enim a Cassio dissentit, l. 11. §. 2. ff. quod viquae clam & commun Sabinianorum sententia dat repudium. l. 56. ff. de manum. ref. Contra ali

vt tam excellens ingenium in vmbra potuerit consernescere, vt
mature in lucem & ad capessendam rem publicam protractum sit. I-
pse sane & præturae sue & consulatus meminit: p) quin bis consu-
lem eum fuisse, docet Spartanus, q) quamuis, quod inter suffectos
tantum fuisset, de tempore vtriusque consulatus parum constet. r)
Præterea ad ipsam præfecturam vrbanaam adspirauerat, s) quæ tan-
ta erat dignitas, vt sequiore æuo intra vrbem ipsi præfecturæ præ-
torianæ anteferretur, t) nec facile cuiquam conferri solet, nisi
iuris perittissimo. Eudem Julianum, iam supra vidimus, inter
Hadriani, Antonini Pii, & Diuorum Fratrum consiliarios atque
amicos fuisse, u) quo in confessu quamvis collegas haberet etiam
Proculeianos, Iuuentum Celsum, Neratum Priscum, & emul-
lum obrectatoremque laudum suarum, Vlpium Marcellum,
nunquam tamen cum vlo in gratiam rediisse legitur. Et nescio
sane, an luculentius reperiatur & prudentiæ illorum Principum, &
modestiæ ipsorum iurisconsultorum argumentum, quam quod
diuersarum sectarum iurisconsulti in medium consulere iuberentur,
quod iustum, & e republica videretur. Nam sicuti Principes id
eo consilio faciebant, vt expensis vtriusque partis rationibus, quid

iustum

quando facit cum Proculo, l. 6. ff. ad L. Aquill. & Celsum laudat, tamquam sibi
σωτῆρον. l. 13. ff. de lib. & postum. p) 1. 5. ff. de manum vind.

q) Spartan. in Did. Julian. Cap. I.

r) Iterum eum Consulem ordinarium anno V. C. DCCCL fuisse, putant Onu-
phrius Paninius, Bertrandus, Guil. Grotius, aliique, quia Cassiodorus & alii
ſcriptorum scriptores eum arium signarunt consulatu Juliani & Torquati III.
At ex marmore, ex schedis Gudianis eruto, docuit V. C. Petr. Relandus in Fast.
Conf. ad eum ann. Julianum illum, Torquati collegam, non esse Saluianu-
m, sed C. Julianum Veterem. s) Spartan. in Did. Julian. Cap. I.

t) Discimus hoc ex Symmacho Epist. X. 36. Cassiod. Var. III. II. Juliani Nouell.
LVI. quæ loca iam adduxit Phil. Berterus Pithan. Diatr. I. Cap. III. p. 81. Vn-
de explicanda illa Aufonii in Mofella v. 409.

*Quique caput reruna, Roman, populumque patresque
Tantum non primo rexit sub nomine.*

u) Quod inter Hadriani consiliarios fuerit IULIANVS, iam supra ex Spartiano vidi-
mus. Inter Antonini PII consiliarios apud Iulium Capitolinum in Anton.
Pio Cap. XII. memoratur etiam SALVIUS VALENS, qualis quam nullus alioquin
inter iurisconsultos reperiatur, probabile est, interposita distinctione legendum
esse SALVIVM, VALENTEM, VE SALVIUS IULLANVS, & ABVRNIVS VALENS intelligan-
tur. Porro Iulianum amicum suum vocant Diui fratres, l. 17. ff. de iure patron.
quos nihil aliud esse diximus, quam συνέδρει τε συμβάλλεις imperato-
rum, de quibus prolixie Iac. Guther. de Offic. dom. Aug. I. 18.

iustum ac bonum sit, eo accuratius perspicerent: ita hi mira animi moderatione ferebant dissentientes, æternæque laudi hoc cedit veteribus iurisconsultis, quod, dissentiente a se collega, non excandescerent, aut erumperent in conuicia, furiosoque veluti agitarentur, quod cacoethes nostro potissimum hoc sterili virtutum sæculo succreuit, sed suam quisque sententiam diceret modeste, rationibusque, non conuiciis, certaret. x) Cuius hocrei argumentum luculentissimum est, quod quum in Pandectis perpetuas fere discrepantium sententiarum conflictus reperiatur, & creberrima disputatio: vix tamen villum acrius vocabulum, nedum conuicium, reperiatur, quo inter se vsi sunt viri illi grauissimi. Sed ne qual longius euagemur, ad IULIANVM redeundum erit, cuius de honoribus ac dignitate, quæ comperta habemus, diximus. Alia enim, quæ vulgo addunt, non nisi itanibus coniecturis nituntur. Nam quod eum Aquitaniam, Belgicam, Germanias, Dalmatiam, Bæticam, rixisse, scribunt Guido Pancirolus y) & Ant. Dad. Al-teserra: z) id in legibus, quas illi ad partes vocant, a) nullum repetit presidium, quum Salui, quorum ibi mentionem fieri animaduertimus, τύχεν: quidem IULIANO nostro, at ab illo tamen fuerint diuersissimi. Eiusdem nota est, quod idem Pancirolus eum Iaueleno, Africæ Procul. & Syriæ Präfidi, in consilio fuisse scribit, Id enim

C 2

enim

x) Merentur hic adscribi verba ex viri amplissimi, Cornelii van Bynkershoek Dedicacione excaecatissimi Obseruationum operis: *Expedit, inquit, bono publico, ad rem publican non adhiberi eos, qui aliorum sententias, vbi a sua discrepant, continuo infestant opprobriis, contumelias, conciviciis, non alia causa irritati, quans quod alias alia mente sit, perpetui scilicet Dictatores in republica eruditorum. Hoc nomine semper fuit habiti infamis natio Grammaticorum, ab humanitate alienorum, dum humanitatis studia tractare. Sed non magis id nivenerunt, quam haec parte grammatici non cedere, qui pietatem, caritatem, animi mansuetudinem & reliqua viri boni officia in vulgus profirentur. Nisi statim hic pedibus eas in suam cuiuscum sententiam, stultitiae vel malevolentie voram non euadas. Itcōrum virique veterum semper precipua laus fuit modestia. Illi quidem, quod sibi videatur, ex animi sui sententiā respondent: sed meliora edociti audiunt, & si minus ante sapientiū, respescunt. Labes nostrar in Senatus lectione sententia sua libertatem aduersis ipsius Augustum magno animo defendebat, Superdicto: Sum quinemque indicitione habere. Et sic oportebat. Papinianum nostrum mentem solidi non deiecit vultus & gladius instanti: tyranus: nec tam minus eum, alter quondam opinatum, in contrarium vocasse legimus veriorem Sabini sententiam. Et sic quoque oportebat. y) de ēar. Legum interpr. I, 38 z) Rer. Aquitanic. IV, II. a) 1.12. ff. decuſtold. & exhib. reor. I, 14. ff. ad SC. Tūrpill. l. 9. §. 4. ff. de poen. I. 7. §. 1. ff. de accus. & infer.*

enim ex l.s. ff. de manumiss. vind. non magis consequitur, quain
eum Aegypto praefectum fuisse, quia se ibi aliquando vixisse, fa-
tetur. b) Sed tantam doctrinæ libertatem, totque fortunæ obsequia,
mors demum, vt sit, euerit, prouectiore quidem iam ætate,
nec tamen sub Commodo, vti perperam sibi persuasit Bern. Ru-
tilius, c) filium nostri, SALVIVM IVLIANVM, praefectum prætorio,
a truculento isto principe occisum, cum patre confundens. Reli-
querat & nepotem, eiusdem nominis, quem, quum iam Tarun-
teii Paterni, præfeci prætorio, filiam opulentissimam sponsam ha-
beret, eadem proculdubio fata subire coegerit illorum temporum
atrocitas. Nam & hunc oppresuisse videtur Commodus Imp.
partim quod pudicitæ esset seruantissimus, partim quod in ad-
fectati imperii suspicionem ob Tarunteii adfinitatem venisset.
Id quod pluribus persequitur Lampridius. d) Felicior vtroque
auus, SALVIUS IVLIANVS, sua, vti videtur, morte, prouectiore iam
ætate, occubuit, sepultus milliario V. via Lauicana, e) si Spartia-
num recte intelligunt interpretes. Supereft, vt de eius operi-
bus, quibus ille sibi monumentum ære perennius exegit, quædam
subiiciamus. Inter ea in indice Florentino primum locum oc-
cupant DIGESTORVM LIBRI NONAGINTA, circa quos permultos erro-
res passim admitti obseruamus. Matthæus Blaftares, in Historia
iuris, ex codice Vossiano Leidenſi edita a clarissimo Fabricio, f)
illud Digestorum opus ipsi Hadriano tribuit, illudque constituisse
exiftimat libris quinquaginta. Alii Digesta illa Iuliani cum ipso
edicto perpetuo confundunt, quum nihil aliud fuerint, quam iu-
ris commentarii, ad edicti perpetui: feriem, quin & ad
verba Edicti compositi, vt frustra sint, qui cum Io. Bertrando
opus IULIANI singulare AD EDICIVM comminiscuntur. g) Deni-
que

h) l. 26. ff. de foliis.

c) de Vit. ICr. Cap. LXVI. d) Lamprid. in Commodo Cap. III. & IV.

e) Via Lauicana & Prænestina e porta Eſquiline, aut alia vicina egrediebanſur,
illa a dextris iuxta formiam aquæ Claudiæ, ad Claudiam, oppidam: hæc Ga-
bios, ac deinde Præneste tendebat. Marlian. Topogr. antiquæ Rom. IV, 16.

f) Vol. XII. Bibl. Græcæ p. 361.

g) Nimirum quum l. 1. ff. de his, qui non inf. decerpta dicatur ex IULIANI libro I.
ad Edictum, fuere qui pro Iuliano ibi scriberunt Vlpiannum, quum tamen hic
libro I. de infamia non egrit. Vere ego lex illa eft ex Iuliani Digestis, quibus
sunt edictum interpretatus erat. Vnde & in l. 1. ff. unde legitimi verba Edicti non
ex Vlpiano, cuius ex commentariis alias plerumque verba edicti proferuntur,
sed ex IULIANI libro XXVII. Digestorum deponi videmus.

que non minus falluntur, qui opus istud non nonaginta, sed multo pluribus libris constitisse existimant, quod aliquando liber LXXXIII. in iure nostro laudetur. h) In codice enim Florentino, omnium, qui exstant, vetustissimo non librum LXXXIII. sed LXXXIII. citari, quartum vero X. arecentiore manu superadditum esse, testatur V. C. Laur. Theod. Gronouius. Ceterum quamvis istud opus Aniani aetate in occidente pene periflet: magno tamen iurisprudentiae bono illud saeculo sexto delituit in bibliotheca Tribonianii, magnumque usum prebuit Pandectarum conditoribus, qui ex foliis his libris CCCLXXVI. fragmenta nobis feruarunt, ut omittamus CXXVI. alia, que, dissimilato librorum numero, a veteribus iurisconsultis citantur. Semper enim hoc opus habitum est incomparabilis iurisprudentiae thesaurus, ac proinde certam illud notis ac animaduersionibus illustrarunt iurisconsulti veteres, videnti VLPPIVS MARCELLVS, Iuliano paullo iniquior, i) CERVIDIUS SCAEVOLA, k) IVLIVS PAVLLVS, l) IVNIVS MAVRICIANVS, m) quibus & AFRICANVM, quamvis parum accurate, addit Guil. Grotius. n) Scripsit deinde IVLIANVS AD MINICIVM LIBROS SEX. Minuciorum stemma amplissimum textit Thom. Reinesius, o) ostenditque, illustri illi genti cum Caffisi, Aciliis, Juniiis Rusticis non unam necessitudinem intercessisse. Is, ad quem IVLIANVS notauit, sub Vespasianis floruit, & sub Traiano adhuc rexerat prouincias, ceu docuit Iac. Cuiacius, p) cui & hoc marmor suffragatur apud Gruerum: q)

HERCVLI.

TIEVRT. VICT.

ET. CETERIS DIS.

PENATIBVS. TIEVRT.

L. MINICIVS.

C 3

NATA-

h) l. 32. ff. de legib.

i) Ex quibus lex loca exstant integra l. 14. ff. de in rem vers. l. 20. ff. de cond. & dem. l. 5. ff. de hered. inf. l. 80. ff. de legar. i. l. 75. ff. ad L. Falcid. l. 34. ff. eod.

k) Ex Scavolæ notis decerpit sunt l. 10. ff. de peric. & comm. rei vend. & l. 54. ff. de paſt.

l) Notarum Pauli specimen habes in l. 11. ff. quod mer. cauſſ. l. 4. ff. de refind. vend. l. 75. ff. de iudic. l. 3. ff. de collat. l. 15. ff. de mort. cauſſ. don. l. 4. de manum. vindict.

m) Ita enim Florentinus codex in l. 7. f. 2. ff. de paſt. & l. 25. f. 1. ff. de uſuſr. quoniam alias editiones habeant MARTIANVS. Alterutrum horum iurisconsultorum ad Julianum notaſe certum eſt, quamvis apud me facile vincat lectio Florentina.

n) de Vit. ICt. II, 6. o) Epift. XIV, ad Rupert. p. 251. p) Obſ. VII, 2.

q) Grut. Inſcr. p. XLIX, 6. Conf. p. LIX, 8. whi LIBYAE PROCOS. vocatur.

NATALIS.

COS. AVGVR.

LEG. AVG. PR. PR.

PROVINCIAE.

MOESIAE. INFERIOR.

VOTIS SVSC.

Quinque egregius hic iurisconsultus commentarios scripsisset, quorum hodie ne titulus quidem superest: eos sex libris 1) interpretatus est IULIANVS, qui modo sub titulo librorum *ad Minicium*, 2) modo *ex Minicio*, 3) modo *apud Minicium*, 4) in iure nostro laudantur. Eamdem operam & VRSEIO FEROCIX) nauavit IULIANVS, ad quem Caffii Longini exemplo y) libros quatuor scripsit, ex quibus fragmenta XXXXXII. in Pandectis supersunt. Denique in indice Florentino laudatur etiam IULIANI liber singularis DE AMBIGUITATIBVS, quo titulo, plane stoico, 2) professus est interpretationem verborum ambiguorum, in contraclibus ultimisque voluntatibus, quibuscum sc̄pissime collaudandum est iurisconsultis, idque satis adparet ex tribus elegantissimis, que super sunt opusculi istius fragmentis. a) Plura IULIANI opera in indice Florentino haut recensentur, nec alia vel a veteribus laudata,

vel

x) Vnde in mendo procul dubio cubat l. II. ff. de act. ent. vbi Vlpianus librum X.
ad Minicium citat.

s) Velut l. 10. ff. pro emore. t) l. 61. ff. de rei vind. u) d. l. II. ff. de act. ent.

v) Floriḡe hinc sub Tiberio Imp. coniecit Petr. Perenon. Animaadu. Inr. II. 23. Sed quam Vrscius citat Proculum, l. 27. §. 1. ff. ad L. Aquill. l. II. §. 2. ff. de aqua & aqua, plus & ipse contra citerat a Cassio: l. I. §. 10. quar. rcr. act. non dar. magis verosimile est, eum paullo recentiore esse, vt maxime sub Claudio & Neroni floruisse.

y) Notarum enim Cassii in Vrscium Ferocem vestigia existant in l. 10. §. 5. ff. quib. mod. vñiusfr. l. 16. §. 1. ff. ad SC. Vellian. l. 104. ff. de legat. l.

z) Vel maxime in endandis explicandisque ambiguitatibus desudabant Stoici. Sic inter Cleanthis opera fuit liber περὶ τῶν ὀτούσιων, de ambiguitatibus Diog. Laert. VII, 178. Ita Spharus, Stoicus, περὶ αὐτοῦ Εὐλόγιον de ambiguis script. Diog. Laert. VII, 178. & Chrysippus libros varios, numero septendecim, eadem doctrina impleuit, Laert. VII, 193. Ceterum que ἀπορεῖ dicta sunt veteribus, exponit Gell. Noft. Att. IX, 15 corumque exemplum habes in l. 88. pr. ff. ad L. Falcid. περὶ βοσκίαν vero definunt, exemplis que illuſrant. Diog. Laert. VII, 62. Sex. Empiric. Hypotyp. II, 23. & Quintilian. Inst. VII, 9. Non mirum itaque, IULIANVM etiam, stoicis praceptis in primis imbutum, in iisdem enucleandis experiri ingenium voluisse.

a) Existant illa in l. 31. ff. de vñig. & pupill. ful. l. 62. ff. de legat. l. & l. 13. ff. de reb. dub. ex quibus Iuliani scopus, ipſeque modus tractandi facile intelligitur.

vel in indice Florentino recensita sunt. Et tamen oculatior multo, Io. Bertrandus, duo alia sibi ex antiquitatis parietinis eruuisse videtur, vitium AD EDICTVM, quod iam supra cum Digestis vnum idemque esse, probauimus, alterum DE DOTALI PRAEDIO, quia Julianus alicubi tractatum de dotali p̄aedio proposuisse, dicitur. b) Enim numero tractatus hic non liber est, sed tractatio materie alicuius, vel disputationis, cuicunque libro inserta, c) adeoque & IULIANVS, quia in opere quodam, e. g. in Digestis, de fundo dotali fuisus disputationer, tractatum ea de re proposuisse, dicitur, quamvis singularem de fundo dotali librum nunquam scripsit, quippe quem silentio præterituri non fuissent Modestinus, Julius Paullus, & Caius, quorum hunc de dotalitis; illum de dotis repetitione; istum de differencia dotis ex instituto scripsisse, & nusquam tamen illum IULIANI libellum citare, nouimus.

Et haec quidem sunt, quæ seclusus a supellectile libraria de SALVIO IULIANO extemporaria pene opera ex aduersariis in chartam conieci, pliora omnino futura, nisi chartæ, & temporis faciendum esset compendium. Iam mihi vobiscum res est, COM-MILITONES SVAVISSIMI, quorum commodo REX noster POTENTISSIMVS, Hercules Musageta, me in hanc Fridricianam longe clementissime ablegauit. Vesta nimur res hoc ipso agitur. Vobis tantum hic & servitur, & metitur. Meum erit, vobis ad omnes iurisprudentiae partes & philosophiae disciplinas viam quam expeditissimam eminire; idque me facturum polliceor ea fide, ea que ad fiducitatem ac perspicuitatem, ut quotquot vestrum eumdem discendi ardorem atque attentionem ad acroases meas attuleritis, frumentum inde capturi sitis vberrium. Tanto maiore sane fiducia hoc vobis spondeo, quo magis per tot annos experiundo didici, Deum O. M. meam de studiofa iuuentute bene merendi voluntatem, gratia sua numquam destituisse. Quin, si de me ipso quædam dicere per modestiam licet: plures omnino hodie in aulis curiisque numerare possem, viuos diligentiae dexteritatisque meæ testes, qui quum me olim vel in Germania, vel in Belgio, audierint, mea qualicumque institutione se ad solidiorem doctrinam profecisse testentur. Nolite aliorum morari iudicia, qui, quum me ab adolescentia elegantiores litteras cum iurisprudentia con-

iunxisse

b) l. 5. C. de bon. qua lib. c) Sic ICtū dicuntur SPECIEM TRACTARE, l. 23. §. 3. ff. de adq. rer. dom. vel TRACTATVM HABERE, l. 5. ff. de grad. & adfinit. Tertull. de refut. carn. Cap. II. Argue adeo & heretici ex conscientia infirmitatis numquam ordinarie TRACTANT, id est, disputationem temper fugiunt.

iunxisse sciant, inde calumniandi arripiunt occasionem, quasi plane alienus sim a mascula illa, cuius in foro ysus est, iurisprudentia. Alia omnia certe vos ipfi experiemini, COMMITTONES SVAVISSIMI. Nihil enim ex me frustaneum, nihil infructuosum audietis, nihil, quod ignorasse latius sit. Ego, qui diutius me docendo exercui, id mihi obseruasse videor, eos, qui, rerum pene omnium ignari, Lauterbachium duntaxat vel simile iuris compendium deuorarunt, incredibilem sapientia pragmatice laudem adfectasse, tantoque facilius apud imperitam multitudinem in istam opinionem venisse, quanto magis atque apertius pre se tulerint illam Bartolistarum barbariem. Quasi vero tam horribile fit praxeos, quam vocant secretum, vt eo initiari non possint, nisi qui se ab omni cultiore doctrina profligant, absinthioque glossatorum per omnem vitam pascantur: & quasi eleganter literæ, quas reliquæ scientiæ omnibus insigni decori atque adiumento esse, omnes fatentur, solius iurisconsultiæ pertuerant ingenium, vt alia quidem omnia potius, quam practica ista mysteria, capere posse? Sed quid opus est verbis. Conditionem vobis, COMMITTONES, feram æquisimam: eandem nimirum, quam urbane apud Euripidem Sileno ferebat Vlysses quum ei vinum venum offerret:

Vin' tu prius gustare, quid vini feram?

Cui Silenus:

Ita conuenit: nam gustus emtorem vocat.

Vos quoque, COMMITTONES, succedite, experimini, quid vobis feram, measque acrofes veluti gustu percipite, certoque vobis persuadete, nunquam fore, vt vos nauatae mihi operæ poeniteat. Evidet, vt anni tempus est, integrum vel iurisprudentiæ vel philosophiæ disciplinam me vobis hac æstate explicaturum, promittere non possum. Dabo tamen operam, vt partem huius semestris, quæ superest, non sine utilitate vestra transmittam, ac proinde, simul ac auditorium domesticum, quod vestris commodis iam adparatur, exedificatum fuerit, has prelectiones meas trimestri singulari schedula vobis publice indicabo. Vos valete, o MEI, & non modo studium meum vestra diligentia benevolentiaque magis magisque accendite, verum etiam Deum O. M. vt nouum, quod subeundum fuit, munus mihi vobisque felix, faustum, fortunatum esse iubeat, mecum casta piaque mente precamini. P. P. Hale Magdeburgicæ ipsis idib. Iunii anni era Christianæ MDCCXXXIII.

AB: 65717

X 2290245

VD 17





Q. D. B. V.

DE

SALVIO IVLIANO,
IVRISCONSVLTORVM SVA AETATE CORYPHAEO,
PROGRAMMA INAVGVRALE,

Q.V.O

MVNVS DOCENDI IVRISPRVDENTIAM
ET PHILOSOPHIAM,
IN ILLVSTRI FRIDRICIANA
SIBI ITERVM CLEMENTISSIME DEMANDATVM,
MORE MAIORVM
AVSPICATVR

IO. GOTTL. HEINECCIVS IC.

POTENT. PRVSSOR. REG. A CONSIL. SANCT.
ET IVR. AC PHILOS. PROF. P. ORD.

HALAE SALICAE
LITTERIS GRVNERTIANIS 1610 CC CL XXXII